

Jacob Lembke Heinrich Könecke

Magnifica Iuridica Facultate Consentiente, Sub Moderamine Viri ... Dn. Jacobi Lembken ... Loco Disputationis Inauguralis ... Anargyriam ... Ad Diem XXVII. Mart. Publicae disquisitioni subiicit Henricus Könecke ...

Rostochii: Weplingius, [ca. 1690]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741711788>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 27. März 1691

Lembcken, Jac. *106*



Y. 142.

38. 17

JESU DUCE,
Magnifica Juridica Facultate
Consentiente,

Sub
MODERAMINE

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi, atq; Consultissimi

DN. JACOBI Lembten/

D. & Antecess. Colleg. Profess.

Senat. Senioris & h. t. DECANI,

Loco

DISPUTATIONIS INAUGURALIS,

pro

*Bibliotheca
Academica
Rostochiensis*

Summis in utroque jure privilegiis & honoribus
Doctoralibus rite & legitime
consequendis,

ANARGYRIAM

HORIS LOCOQUE CONSVETIS,

Ad DIEM XXVII. MART.

Publicæ disquisitioni subicit

HENRICUS KÖNECKE.

STADENSIS, *Abzarthoven*

Regiorum in Ducatibus Bremensi ac Verdensi

Dicafteriorum Advocatus Ordinarius.

Rostochii, Literis JOHANNIS WEPPLINGII, Univ. Typogr.

*Num. Maackel, centuria I. d. i. p. p. in ang. jurid. ser. 17. in Acad. Rostoch.
habitarum d. anno 1691.*

DEO
ET
FAUTORIBUS

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

Universitäts-
Bibliothek
Rostock



ΣΥΝ ΘΕΩ



Um desummis in utroque jure honoribus consequendis consilium caperem, ante omnia Amplissimæ Facultatis juridicæ hujus Academiæ adstrictum me esse, statutis considerare, ac dehinc meditari cæpi, quodnam argumentum publicæ disquisitioni destinarem. Quando igitur in negotio forensi ad huc pendente ab Actoribus, contra depositionis judiciale protocollum, contra propriam, in exhibita post quinquennium, pro restitutione depositæ pecuniæ, supplica, factam confessionem, & abs Magistratu in scriptis emanatam redditionis promissionem, in revisionis instantia admissas positiones negativas *Vid. Rec. Imp. de Anno. 1654. §. 34. & 125.* animadverterem, deinde etiam publico in scripto anargyriæ exceptionem contra tot testimonia objectam viderem, diutius hærendum haut fas esse duxi, sed thema prædictum pro inaugurali disputatione eligere, ac desuper festinante calamo conceptas theses exhibere volui. Faxit summus Jehova, ut omnia bene & feliciter cedant.

A 2

The-

Theſis I.



Sicut in foro cauſas dicentibus nefas eſſe videtur nulla præſtatione facta iudici rem exponere quanto magis mihi ἡσ ἀναργυρίασ interpretationē promittenti, *juxta l. i. ff. de Orig. jur.* inconueniens erit omiſſo initio atque origine non repetita, illotis quod dicitur manibus materiam tractare. Neceſſarium igitur arbitror vocis Anargyriæ originem demonſtrare, quæ græca eſt ab aduerbio ἄνω ſine, & ἀργύριον, argentum, pecunia, derivata præſentiam pecuniæ negans, unde in jure noſtro Non numeratæ pecuniæ exceptio dici meretur.

Theſ. II.

Vocabulo Anargyriæ etymologicè conſiderato, illius nunc, ut eò melius cognoscatur, quamvis ipſum fere nomen qualitatem & eſſentiam rei ſatis probare videatur *Franciſc. Salgad. in Labyr. cred. part. 1. cap. 13. §. 1. n. 10.* definitio erit ſubjicienda. Definiri autem, ſive mavis deſcribi, qua de materia vide ſuſius agentem *Gagn. ad l. 203. ff. de Reg. jur.* commode hoc modo poſſe autumo: Exceptio anargyriæ eſt jus excludendi vel in totum vel pro parte illud, quod in intentionem ſive petitionem exanimi cautione vel ſtipulatione deductum eſt.

Theſ. III.

Dixi quod hæc exceptio ſit jus. Quemadmodum enim actio jus eſt *pr. Inſt. de Act.* ita & exceptio jus erit *per l. i. ff. de Except.* Unde quilibet nullo negotio colliget, jus hoc loco accipi pro facultate à lege conceſſa, quæ adjunctam habet vim excluſivam, ut quandocunq; opus

opus est eam opponere & adversarium repellere possim.
Cui omnino convenit Pauli definitio *l. 22. ff. eod. add. Struv.*
Exerc. ad ff. 46. thes. 2.

IV.

Sequuntur in definitione requisita, quorum duo
recensentur, sc. cautio *per l. 1. 2. 3. & 4. C. de non num. pec.*
vel stipulatio *§. 2. Inst. de Except.* Cautiois autem no-
stro in jure varia occurrunt Synonima, veluti: No-
men *l. fin. C. de N. N. P. l. 10. l. 35. ff. de admin. tut. idoxeegv*
l. 11. C. qui pot. in pign. Charta Nov. 44. in prafat. Docu-
mentum Auth. si quis C. qui pot. in pign. Chartula, Instru-
mentum, Chirographum, Tabulæ l. 20. C. de fid. instrum.
Nov. 73. Cap. 2. l. 2. ff. de mort. cans. don. Contractus l. 14.
C. de N. N. P. Securitas l. 4. C. de Apoch. publ. Lib. X. Fœne-
ratitia Syngrapha Nov. 121. c. 1. Literæ l. 134. §. 2. ff. de Verb.
Obl. Confessio, scriptura, l. 36. §. 2. C. de Donat. l. 11. C.
qui pot. in pign. Obligatio Cap. 2. X. de confess. Apocha, anta-
pocha, l. 19. C. de fid. instr. l. fin. §. 2. ibiq; concl. ff. de Cond.
indeb. & similia aliâ.

V.

Alterum requisitum indigitatur per adjecti-
vum: Inani *l. fin. C. si pign. conv. num. pec. non fuer.*
ubi etiam mendax scriptura dicitur, scilicet quia pecu-
nia vel plane non *l. 1. vel minor ejus summa l. 2. C. b. t.*
numerata est *Gotbos. ad d. l. fin.* Per pecuniam autem
hoc loco intelligimus omnes res, quæ mutuari possunt,
& in pondere numero ac mensura consistunt *l. 2. §. 1. ff.*
de Reb. Cred. l. 2. §. 1. C. de Const. pec. l. 14. §. fin. ibi: qui pe-
cunias numerasse vel alias res dedisse scriptus est C. b. t. l. si
prafes, 21. C. de Episc. aud. Petr. Nicol. Mozz. de Contract. tit.
de Mutuo pag. mibi 65. n. 1. & 2.

A 3

Thef. VI

Thef. VI.

Salubriter autem, tam favore reorum, quam odio creditorum introductum est, ut debitores contra propriam scripturam juvantur, idque necessitate, ac semper in jure spectanda *l. 90. ff. de Reg. jur. æquitate instigantibus*, in eum finem, ut ubique veritas seruetur *l. 1. C. b. t.* Cum enim in angustiis constituti rerumque inopia pressi aliorum promissis facile inducantur, ut illud credant, quod alii largiter se soluturum promittunt & hoc modo futuræ numerationis inani spe lactati | chirographum exponant, inque eo se hanc vel illam accepisse summam confiteantur, quam tamen rei inspecta veritate consecuti non sunt, quo fit, ut deinceps Creditor ejusve heredes virtute talis obligationis, exigant ab iis pecuniam non creditam, vel saltem in totum pro ut instrumenti loquuntur verba non numeratam, æquissimum fuit, ne iniqua fieret extorsio *l. 6. ff. de Off. Pras.* aut cum aliena jactura locupletatio *l. 207. l. 84. §. 1. ff. de Reg. jur.* per anargyriæ exceptionem læsis subveniri *Mascard. vol. 2. concl. 696. n. 2. Petr. Duenas reg. 260. Cöler. Proc. exsec. part. 1. cap. 10. num. 229.*

VII.

Locum igitur habet in illis casibus, quando numeratio speratur, quæ tamen à promittente vel in totum, vel pro parte non præstatur, quales sunt intuitu egentis debitoris MUTUUM *l. 5. l. 7. C. den. n. p. Mascard. Concl. 696. num. 29.* & habito respectu ad cupiditatem contrahendi matrimonii *Port. ad §. 1. n. 4. in med. Inst. de Lit. Obl.* cum hodiernis temporibus uxores, non nisi magnis ducantur dotibus *Hercul. Marefcott. var. resol. lib. 1. cap. 8. n. 11.* quæ tenore dotalium instrumentorum, ad honestandam sponsæ conditionem, ut matrimonium cum

cum illa honorificentius appareat sæpius inaniter con-
scribitur *l. 9. pr. vers. dos etiam C. de bonis proscript. add.*
gl. ad. l. 4. C. de dot. prom. verb. petendis, mibi lit. H. DOS
l. 3. C. de dot. caut. non num. Card. Tusch. lit. C. concl. 657. n. 2.
§ 4. § lit. E. concl. 418. n. 11. Card. Francisc. Mantica de tac.
§ ambig. conv. tom. 1. Lib. 11. tit. 20. n. 46. Oldend, class. 4. act.
30. n. IV. Casp. Klock. vol. 2. conf. 83. n. 21.

VIII.

Cessat autem (1.) in deposito ac desuper con-
fecto instrumento *l. 14. §. 1. C. b. t. Card. Tusch. tom. 2. tit.*
D. concl. 200. n. 20. quia tale instrumentum est probatio
probata, cui standum, cum faciat rem notoriam *Domi-*
nic. Gait. de Credito Cap. 2. tit. 3. num. 229. Accedit alia
ratio, quod mutuuum ab indigente pecunia petatur, de-
positum autem offeratur & ad custodiendum tradatur
Struv. Exerc. 16. th. 52. Præprimis si depositum sit judi-
ciale, contra quod tanquam publicæ securitatis functio-
nem opponens nullatenus audiendus *all. l. 14. add. l. 4.*
C. de Apoch. publ. lib. X. Cum omnis suspicio fraudis à
iudice non modo remota, sed rei sic gestæ veritas pro
actis judicialibus semper militet *Mascard. Vol. 1. concl. 361.*
n. 12. Intelligi autem hic depositum verum ac proprie
dictum, non simulatum aut irregulare quod fines de-
positi excedit *Mozz. de Contr. tit. de deposito pag. mibi 151.*
n. 12. 13. monere supervacuum arbitror.

IX.

Deficit (2) in eo promissore, qui ex præcedente
& specialiter expressa alia, quam numerationis causa se
debere confessus est *l. 13. C. b. t.* tunc enim non quæstio:
An pecunia numerata sit, sed an iusta petendi præcedat
causa, inspicitur *l. 5. C. eod.* Proinde nihil refert quod il-
la altera præcedens causa in mutuuum conversa sit, quia
noto-

notorium satis est, quod & alia obligationes in mutuum
converti possint *Job. Robert. Aurel. sententiar. jur. lib. 2.
Cap. 4. & 5. pag. mibi 168. & seqq. Card. Mantica de tac. &
amb. conv. lib. 18. Cap. 6. n. 30. Cass. Klock, vol. 2. conf. 83. n. 22.
Althuj. Dicæol. lib. 1. cap. 68. §. 26. 27. Hillig. ad Donel. lib. 14.
Cap. 37. Lit. E. innot. Vigel. Meth. Jur. Civ. Lib. 24. Cap. 4.
n. 5. add. L. 34. ff. Mand. & L. 15. ff. de Reb. Cred. interqvas
tamen leges difficilis & obscura creditur antinomia,
qva in toto jure civili nullam difficiliorem refert *Dua-
ren. ad tit. si cert. pet. pag. mibi 879. b.* quarum diversas col-
legit conciliationes *Nicol. de Passerib. in eo tamen errans,
quod n. 11. pag. mibi 210.* asserit Jctos Africanum & Ulpia-
num Papiniani fuisse alumnos, ac temporibus Alexan-
dri Severi floruisse, quod licet de Ulpiano verum sit, ne-
quaquam tamen de Africano affirmabitur, cum constet
hunc Juliani discipulum Hadriani temporibus vixisse
*Vid. Georg. Eberlin. de orig. jur. & om. magistrat. Cap. 48,
pag. mibi. 421.**

X.

Porro anargyriæ exceptio cessat (3.) in eo qui
alterius vice se debitorem constituit *l. 6. C. b. t.* Cum
enim non propter sibi numerandam pecuniam confitea-
tur, sed alterius loco, ac præcedente quasi ex causa so-
lutionem promittat, jura non patiuntur ut exceptione
anargyriæ se tueri possit aut debeat *L. 4. C. de duob. reis.*

XI.

Cum omnis transactio exceptionem litis finitæ
in ventre habere dicatur *l. 10. l. 16. C. de Transact. Cap. 1.
X. de lit. cont. in 6. sententiæ ac juramento æquiparetur
Decian. Vol. 3. conf. 103. n. 5.* de hinc (4.) nec is qui ex trans-
actione obligatus est hanc exceptionem firmiter objici-
et *l. 11. C. b. t. l. 3. ff. in f. de plus petit.* licet super cautione
dolosa

dolosa transactum fuerit *gl. in all. l. 3. Duaren ad b. t. Cap. 1. pag. 991. à. add. in term Stuck. consil. 14. n. 2. & seqq.*

XII.

Excluditur (4.) is qui nova agnitione solutionem vel partis debiti vel usurarum fecit *L. 4. C. b. t. Struv. Exerc. 16. th. 53. Hill. ad Donell. enucl. Lib. 14. Cap. 37. Lit. F. in not. tunc enim bonam fidem agnoscere intelligitur, cum solutio non nisi rei debitæ esse possit Donell. ad L. 4. C. b. t. n. 5. nisi expresse protestetur, te non animo debitum agnoscendi solvere L. 2. ff. de Condict. indeb. L. 2. C. de Condict. indeb. l. 2. C. de his que vimet. Bald. ad L. 4. C. b. t. Cardin. Mant. Lib. 18. tit. 6. n. 29.*

XIII.

Controvertitur à nonnullis, an (6.) exceptio hæc contra scedulas bancharias deficiat, quod ipsum sequentibus excausis firmiter statuo. Notum est banchum publica erigi autoritate, ibiq; publice omnia geri. Deinde officiales, qui bancho præfunt, Sacramenti religione obstricti vivunt, ut omnia ex fide agant. Quemadmodum autem libri eorum, qui publica autoritate eliguntur ad gabellas vel collectas recipiendas, non modo affirmativam, sed etiam negativam quod quis non solverit collectas plene probant *Masc. concl. 997. n. 4. Scac. de judic. caus. civ. & criminal. Lib. 2. Cap. 11. restrict. 2. n. 111. ita etiam plene credendum erit extractis scedulis ex banchariorum libris, cum natura banchariorum sit ut contractus eorum, qui mediante scedula geruntur, semper fiant pecunia præsentis & numerata Scacc. de Commerc. & Camb. §. 7. gl. 7. n. 33. Addi potest quod securitatibus publicarum functionum minimè conveniat per anargyriæ exceptionem subverti posse l. 14. §. 1. C. de n. n. p. add. l. 4. C. de Apoch. publ. lib. X. Vigel, meth. jur. Civ. p. 1. lib. 2. cap. 18. p. 8. spec. 1. repl. 2.*

B

XIV.

XIV.

Non admittitur (7) hæc exceptio' contra instrumentum ex cujus tenore pecuniam esse numeratam liquido constat, v. g. Si notarius expressit pecuniam in sua præsentia esse numeratam, quia tunc illa ex lege descendens præsumtio cedit veritati, ac per lucem probationis excluditur *l. 14. C. de contrab. stip, Care. Mant. all. lib. 18, tit. 6. n. 2.*

XV.

Cum in mercatorum causis non admittantur ea quæ sunt de apicibus juris *Tusch. lit. M. concl. 207. n. 8. Hieron. Schurff. cent. 2. consil. 42. n. 3. & ex hoc nec excussionis beneficium tanquam de apicibus juris ipsis concedatur Boer. decis. 221. n. 15. Tusch. all. concl. n. 10.* exinde (8.) etiam cessabit anargyriæ exceptio inter mercatores, quod ipsum probat & præjudicio confirmat *Carpz. p. 1. const. 32. def. 69. dissentit Benevenut. Straccha de Mercator. rubr. de exceptionib. num. 9. pag. m. 532.*

XVI.

Haut etiam locum (9.) habet in confessione testamentaria, quando quis in ultima voluntate se alicui debere confessus est *l. 1. ibiq. gl. l. 2. C. Si fals. caus. adj. Jason. in l. qui pecuniam 30. n. 3. ff. Si cert. pet. Masc. concl. 696. num. 27. 28.*

XVII.

Advertendum (10.) est hanc exceptionem opponi non posse ab eo, qui de manu tertiæ personæ se recepisse asserit *per ea quæ ex Salycet. Jas. & aliis concludit Dominic. Gait. de cred. cap. 2. in append. num. 7.* nec refragantur ea quæ ex *Mench. cons. 919. num. 28.* de geminatione promissionis adduci possunt, siquidem hoc in casu nulla est geminatio confessionis, sed pro majori fide scripturæ, ejus personæ, per quam alterius nomine tradita ac numerata fuit pecunia, allegatio facta est.

XVIII.

Cum jura nostra ex sola confessione aut scriptura alicui

cui

cui præjudicium generari nolint, si tamen ex aliis argu-
mentis aliquod accedat incrementum, v. g. si scripturam
ex intervallo sequatur confessio, tunc ex utroque genere,
tam scripturæ, quam confessionis contra confitentem
credendum erit qualem se scripsit & confessus est. Ille itaq;
(11) hac exceptione nostra non juvandus juxta tenorem
*l. 22. pr. C. de agrie. & censit. & colon. lib. XI. add. l. 3. in fin. ibi
secundis confessionibus C. de plus petit. Eman. a Costa ad l. 3. C.
de n. n. p. limit. 8. Decian. conf. 39. n. 94. Struv. Exerc. 16. ib. 35.*

XIX.

Dictum est supra th. VII. hanc nostram exceptionem.
in muro & dote locum sibi vindicare Mutuum au-
tem quod attinet, duplici illud modo consideratur. Vel
enim creditur, vel restituitur, & ratione hujus diversita-
tis respicit vel creditorem, qui data apocha sive quitantia
*Gorbos. ad l. 19. C. de fid. instr. vel solidum vel partem debiti,
fortis aut usurarum nomine sibi, solutum esse testatur, cum
effectu liberandi debitorem l. fin. §. 2. ibiq. gl. ff. de Cond. indeb.
Hanc contra confessionem creditori datur quidem exce-
ptio, quæ tamen propter liberationis favorem intra termi-
num triginta dierum coarctata est l. 14. §. 2. C. b. t. Card. Dom.
Tusch. part. 3. concl. 418. n. 26. quo elapso non amplius audi-
tur, licet ad probationem negativæ, nempe solutam sibi
non esse pecuniam, se offerat all. Tusch. concl. 419. Zang. de
Except. lib. 3. cap. 14. n. 25. Carpz. part. 2. const. 29. def. 19. ubi
num. 9. hanc sententiam communem vocat à qua propter libe-
rationis favorem non recedendum add. Gaët. cap. 2. tit. 7.
n. 2552. Tutius tamen hoc in casu reor, ut quis sibi da-
ta antapocha prospiciat, prout in simili, cum administra-
tor publicæ pecuniæ pro verificandis rationibus quitan-
tiam desideraret, post aliquot dies solutionem promittens,
consului.*

XX.

Vel debitorem respicit, qui emissâ vel in totum vel

B 2

pro

pro parte *l. 1. 2. 3. § 9. C. b. t.* inani cautione sibi pecuniam esse numeratam confitetur. Hæc autem confessio, quia ad obligandum recipientem tendit, licet adjunctum pignus habeat *l. 1. C. b. t.* odiosa tamen est, solventem non liberat, & ut veritas servetur, non aliter tenere potest, quam si de fide debiti constiterit, quare exceptio anargyriæ contra eam admittitur *all. Tusc. d. concl. 419. n. 27.*

XXI.

Conceditur hoc in casu exceptio primario confessis debitoribus, contra putativum creditorem ejusque successores *l. 15. C. den. n. p.* sive confessi fuerint in scriptis *l. 14. §. 2. C. d. t.* sive sine scriptis *l. 9. C. eod. l. 38. ff. de Obl. & Act. §. 2. Inst. de Except. Card. Mant. p. 2. lib. 18. tit. 5. n. 1.* per ibi adductam rationem, quia facilius quis inducitur ad confitendum se accepisse mutuam pecuniam viva voce quam in scriptis. Sive in instrumento publico *Dom. Gait. de Cred. cap. 2. tit. 8. n. 3021.* Sive in scriptura privata *l. 3. C. b. t. l. 11. C. qui pot. in pign. all. Gait. in append. capitis. 2. num. 1. 2. 3.* Sive in libro cui creditur *Card. Tusc. lit. C. concl. 655. n. 2.* etiam si pignus accesserit *l. l. l. 2. C. si pign. conv. num. pec. aut fidejussorem dederint l. 12. C. b. t.*

XXII.

Præter debitorem competit etiam illius heredibus, & quidem, vel in perpetuum, si defunctus intra tempus legibus definitum quærimonia usus fuerit. Si autem non sit quæstus, & intra fatalia opponendi mortuus, ad residuum *l. 8. C. b. t.* Item mandatoribus & fidejussoribus *l. 12. C. eod. §. 4. ff. de Replicat. Hippol. de Marsil. in repet. rubr. de fidejuss. num. 267.* quamvis debitor inops, in judicio comparens se accepisse fateatur *Bald. in l. 12. num. 26. 27. 28. per l. pen. C. b. t.* cum videatur hoc dolo facere in fidejussoris necesse *Dom. Gait. d. c. 2. tit. 7. num. 2641. & seqq. add. l. 49. §. 2. ff. de fide-*

fidejuss. & mand. Datur etiam creditoribus, quavis principalis debitor ea nunquam sit usus *l. 15. C. b. t.* licet enim de jure tertii *Menoch. conf. 181. n. 70. Marpurg. vol. 4. Conf. 25. n. 5.* & contra voluntatem debitoris *Gait. d. tr. cap. 4. q. 11. num. 1771.* non admittenda exceptio videatur, quia tamen est exclusiva intentionis sive juris agentis & opponenti prodesse potest *Rota Rom. ap. Lud. Postb. de Manuten. decis. 328. num. 5. Salgado Labyr. cred. p. 2. c. 40. n. 12. 13. & part. 2. c. 22. n. 61. Vultej. Vol. 3. conf. 22. n. 70.* utiq; admittenda, erit *all. Postb. Observ. 61. n. 3. & Decis. 74. n. 26. Menoch. Conf. 1. n. 321. & Conf. 80. n. 8.* in tantum ut, etiamsi exceptionem opponens succumbat, per hoc tamen neq; principali debitori, neq; fidejussori ullum præjudicium generetur *l. 15. in fin. C. b. t.*

XXIII.

Simili ratione quoad dotem anargyriæ exceptio datur marito, quamvis uxorem nobilem ignobilis duxerit, quo in casu *Bart. ad l. 21. ff. de Verb. Obl. & l. 4. C. de dot. prom. & nud. pollic. aliq. relati & approbati à Jafone ad l. 5. C. de Verb. Sign. cessare hoc beneficium, per l. 7. §. 2. ff. de donat. int. Vir. & Ux. inducti, statuunt, quos juste refellit *Joh. Vaud. Var. quæst. lib. 2. q. 37. pag. m. 149.* contra uxorem ejusque heredes *l. 3. C. de dot. caut. non num.* Nec solum marito, sed ejus etiam patri *Nov. 100. cap. 1. heredibus d. l. 3.* & creditoribus *l. 15. C. d. n. n. p.* Invito quoq; & non opponente marito *gl. ibid.* quamvis mariti accedat confessio, ea enim sola non sufficit, sed requiritur probatio dotem actualiter & realiter numeratam vel datam esse *Beust. de jur. connub. p. 3. de dotibus cap. 12. §. deinde etiam pag. m. 285.* quia maritus futuræ numerationis spe fecisse intelligitur *Menoch. l. 3. præf. 13. n. 4.* Aut huic exceptioni renuntiet, quia non debet esse in facultate mariti sua confessio.*

fessione & renuntiatione creditores fraudare l. 10. §. 14. ff. qvæ in fraud. cred. cum eorum jus à mariti jure separatum sit l. 15. C. b. t.

XXIV.

Illud autem quod alias dici solet, Reum fieri excipi-
endo actorem, adeoq; ei incumbere ut suam probet ex-
ceptionem l. 9. l. 19. ff. de Probat. l. 1. ff. de Except. Postb. de Ma-
nuten. Obs. 1. n. 34. fallit in oppositione anargyriæ Card. Tusch.
lit. E. concl. 421. qvæ hoc singulare habet, ut confessio ma-
riti vel debitoris in dote ac mutuo nihil probet Gail. lib. 2.
Obs. 81. n. 7. Sed omnis probatio in adversarium rejiciatur,
& sola intra legitimum tempus facta objectione intentio
fundata censeatur Masc. de Probat. Vol. 1. concl. 361. n. 16. Ni-
hil enim assertivè ponit, sed illud quod in præcedenti con-
fessione de recepto positum sive affirmatum videri pote-
rat, negat, unde, juxta l. 2. ff. de Probat. illi, qui in assevera-
tione numerationis nritur Vigel. meth. jur. civ. p. 1. lib. 2.
cap. 17. q. 2. repl. 2. probatio incumbit. l. 3. l. 10. l. 14. C. b. t.
Mascard. Vol. 2. c. 696. n. 1. 7. in qua probationis specie jura-
menti delationi locus est Nov. 18. cap. 8. Beat. Dn. Mer. p. 9.
dec. 73. n. 2. in not. Imò hæc exceptio cum vaga, loco ac
tempore coarctata non sit improbabilis habetur Menoch.
lib. 3. pres. 7. n. 1. in fin. Unde eo solo quod per credito-
rem contrarium non ostenditur, satis probata censeatur
Cass. Klock. p. 2. cons. 83. n. 17. Cöler. de Process. exsec. cap. 10.
n. 208. all. Gail. cap. 2. tit. 9. n. 323. l. 2. ibiq; gl. C. b. t.

XXV.

Legitimum vero opponendi tempus, sicuti juxta
superius tradita ratione creditoris intra triginta dies co-
arctatum est, ita ne ex injusta morosorum forte debitorū
cessatione creditores diutius quam par est, suis de frau-
dentur pecuniis, in locum antiquitatis constituti quinquenniū
ab Imp. Justiniano sancitum est, ut ultra continui à die
emissæ

emissæ cautionis computandi biennii metas; debitoribus
contra Chirographoriam cautionem, anargyriam obji-
ciendi licentia minimè extendatur, sed eo elapso querela
plane sublata sit *l. 10, l. 14. pr. C. b. t. §. 1. Inst. de lit. Obl.*

XXVI.

Circa dotem vero computatur tempus opponen-
di non à tempore illatæ dotis, vel contracti, sed soluti de-
num matrimonii, ut videlicet jure novissimo, quatenus
solvitur matrimonium infra biennium ex tunc annus pro
exceptione non numeratæ dotis currere incipiat, & sic
exceptio sit annalis. Si autem matrimonium protenda-
tur ultra biennii metas, minus autem decennio tempus
fit, intra trimestre spatium exceptio hæc opponi debeat.
Si vero conjuges ultra decem annos cohabitaverint, &
medio tempore maritus conquestus non fuerit, tunc
penitus hoc exspirat beneficium *Nov. 100, cap. 2. omnis-*
que exceptio cessat l. in dotibus cum Auth. quod locum C. de
dot. caut. non num. Menoch. lib. 3. præf. 12. n. 75. Coler.
Proc. exsec. part. 3. cap. 1. num. 120.

XXVII.

Cum autem putativus creditor, nereus sua defen-
sione utatur, ipse ve difficultatem probationis subire teneat-
atur, illum objectioni præfixum terminum facile labi finat,
si quidem non semper in facultate rei est excipere, sed ei tã
diu expectandum, donec ab actore conveniatur *l. 5, §. fin.*
ff. de dol. mal. Smet exc. Rota Rom. apud Ludov. Post. decis.
622. n. 20. exinde suam per confessionem læsis, si quando
futuris inquietationibus providere desiderant, legū æqui-
tas sub venire & concedere voluit, ut vel per modum actio-
nis in rem l. 1. C. b. t. vel per denuntiationem l. 14. §. 4. C.
eod. vel per modum querelæ Auth. Hanc. vel per condictio-
nem l. 7. C. de n. n. p. judici manifestare suam exceptionem
& sta tu

& statutum tempus interrumpere possint *Francisc. Saly. in labyr. Cred. p. i. c. 2. n. 7. 8. Caesar. Contard. ad L. diffamari cap. 3. n. 108. Cagn. ad eand. leg. n. 5.* qui statuunt confessum hoc agere per iudicis implorationem posse, ut creditor in-virus contra dispositionem *l. un. C. ut nem. in v. ag. cog.* suum jus allegare ac deducere teneatur. Licet autem nihil intersit an viva voce, an vero in scriptis exceptio proponatur, si tamen per modum agendi quis excipit, in scriptis facere debet, alias enim exceptio inadmissibilis censetur *Nov. 100. cap. 1. §. 1. ibi: Sed oportet contestationem in literis esse Caesar. Contard. d. loc. n. 120.* perpetuatur autem hoc modo ut creditori quodocunque agenti opponi possit *Hartm. Hartmann. pract. for. lib. 2. tit. 11. Obs. 2.*

XXVIII.

Ex iis quæ de probatione & legitimo biennii tempore dicta sint, non levis oritur quæstio, An debitor, si ad probationem negativæ sese offerat, post biennium sit audiendus. Affirmantium præcipuum fundamentum consistit in æquitate Canonica, quæ alterum cum alterius injuria locupletari non permittit *cap. 48. X. de Reg. jur. in 6to ibique Dyn. Muxell. n. 9. ubi in additionibus Nic. Borerij plures pro hac opinione facientes reperiuntur. l. 207. ff. de Reg. jur. ibiq. Dec. n. 4. quam sententiam Hieron. Cuchalon in addit. ad Dec. magis communem dicit & Carol. Molin. semper probando opponi posse asserit. Jung. Rutg. Rulant. de Commiss. part. 4. lib. 8. c. 6. n. 9. cum ibi alleg. Coler. in Proc. exsec. p. i. cap. 10. n. 231. Gard. Tusch. lit. E. concl. 418. num. 27. ibi.* Hæc lapsa biennio licet non possit opponi, ut opponens habeat fundatam intentionem, tamen potest quodocunq; is qui confessus est probare negativam, quod non receperit, quia cum numeratio sine dispositione sit falsa, non mirum est quod falsitas ista probari possit *per Castr. lib. 2. cons. 233. n. 2.*

Dom.

*Dom. Gait. de Cred. cap. 2. tit. 7. n. 2554. pag. mibi 157. Cardo
Mant. de tae. & amb. conv. p. 2. lib. 18. tit. 2. per tot. & praesertim
num. 23. per ibi all. Mascard. concl. 696. n. 23. Struv. Exerc. 16.
ib. 50. Addere nonnulli solent, quod temporalia ad agen-
dum sint perpetua ad excipiendum l. 5. §. 6. ff. de dol. mal. &
met. except. l. 5. C. de Except. Marpurgenf. vol. 3. conf. 9. n. 31. & seq.*

XXIX.

Negativam tuentes nituntur (1) apertis juris tex-
tibus, uti l. 14. C. de n. n. p. ibi. intra solum biennium, ut eo ela-
pso nullo modo querela non numeratae pecuniae introduci
possit. *Ejus. leg. §. 3.* in quibus non permittitur exceptionem
n. n. p. opponere vel ab initio vel post taxatum tempus. *Et*
§. 4. ibi. In omni vero tempore quod memoratae excepti-
oni taxatum est l. 8. ibi. Si intra legibus definitum tempus
& in fin. Si vero legitimum tempus excefferit l. 10. ibi. Cer-
ta die non delata evanescit. *Nov. 136. c. 6. ibi.* Intra ea tempo-
ra quae exceptioni n. n. p. attributa sunt & §. 1. 7. de lit. Obl.
ibi. per constitutionem nostram tempus coarctatum est, ut
ultra biennij metas hujusmodi, exceptio minime extendat-
ur, per ibi adjectam rationē. Ne creditores possint suis diu-
tius defraudari pecuniis. (2) Quod haec juris Civilis dispo-
sitione in jure Canonico nullibi reperitur correctā, qua-
propter eidem etiam de jure Canonico standum *cap. 1. §. 2.
& de Nov. op. nun. cap. 13. §. 1. Qui filij sint legit. ibi q. gl. in verb.
certis causis.* Quam negativam refutatīs contrariis argu-
mentis defendunt atq; amplectuntur *Petr. Duenas reg. 261.
Pacius ad l. 7. C. b. t. n. 17. & ad Inst. de Lit. Obl. in fin. Fachin. lib.
2. Controv. 81. & 82. Menoch. conf. 478. n. 9. ibi.* elapso biennio
praesumi calumniose exceptionem n. n. p. opponi. *Rota.
Rom. in causa Spoletana apud Lud. Rosch. de Manut. ibi.* Quod
cum exceptio n. n. p. non fuerit opposita in tempore in-
fra biennium non possit amplius opponi *Decis. 445. pag.*

C

mibi

mibi 397. Quam sententiam pronuntiando etiam secutum
fuisse Clementem IV. Pont. Rom. ex *Speculat. ad tit. de rest.
in int. §. 1. n. 25. refert Petr. Heig. ad Inst. de lit. Oblig.* similiter
hanc sententiam defendens *Add. gl. in d. cap. 48. X. de Reg.
jur. in 6. ubi in verbo, locupletari.* ait fallere regulam in hac
anargyriæ exceptione *Francisc. Balb. de Præscript. 4. part. 4.
princ. quest. 37. pag. mibi 334.* qui regulã. Quod temporalia ad
agendum sint perpetua ad excipiendum fallere dicit in non
num. pec. exceptione, quæ præscribatur biennio *per ibi. all.
Bald. Schröter in resol. diffic. leg. Cod. ad l. 14. C. b. t.*

XXX-

In hac scribentium varietate, primam affirmantium
magis amplectendam arbitror esse opinionem, quæ rece-
ptior videtur, cum ei vera legum interpretis praxis *Bald. in
usib. feud. de feud. sine culpa non amitt. cap. 1.* non levem præstet
autoritatem. Quamvis enim de jure civilis dispositum esse
videatur, ut exceptio hæc post biennii lapsum opponi non
possit, nec Canonum jure aliud expresse introductum in-
veniatur *Vid. Fachin. lib. 2. Controv. 81. 82. Zanger. de Except.
part. 3. cap. 14. n. 66. Et seqq. Schröter in not. ad Sutholt. dissert.
14. tb. ult.* Quia tamen usus cum ea dispositione non con-
gruit, non intelligenda quoq; est ea mens legis aut vis dis-
positionis ut usui deroget *Beat. Dn. Mey. p. 2. dec. 356. num.
21. in not.* Accedit quod juxta doctrinam Jurisconsultorum, calami-
tosis hisce temporibus non credatur legibus, nisi Docto-
rum autoritate comprobentur. Unde sane iis in locis, in
quibus superiorum judiciorum decisiones faciunt legem,
illa opinio tenenda erit quæ in judicando semel recepta fuit
*per Mastrill. Et Gizarell. Dom. Gait. de cred. cap. 4. quest. 9. n.
1618. Quo facit textus in §. pen. Inst. de satisd. ubi Imperator
ait omnia apertius ex quotidiano rerum usu, in ipsis rerum
documentis apparere, l. 3. C. de Ædif. priv. ibi: Præses pro
vinciæ*

vinciæ probatis his quæ in oppido frequenter in eodem genere controversiarum servata sunt statuet. *Add l. 14. ff. de L. Corn. de fals. Arius Pinell. in comment. ad L. 2. C. de Resc. vend. part. 2. cap. 4. n. 2.* Siquidem ea quæ sunt generalia placent hominibus imperitis, decisiones autem particulares concludunt etiam Viris eruditis *Card. Mant. de tac. & amb. conv. lib. 4. tit. 1. n. 2. Casp. Klock. vol. 2. conf. 60. num. 9. & vol. 1. c. 20. n. 3. 4. & seqq.*

XXXI.

Esse autem hanc receptiorem opinionem & communem praxin attestantur *Card. Mant. d. tr. part. 2. lib. 18. tit. 2. per tot.* ubi hanc sententiam receptissimam asserit, validis argumentis confirmat & contrariis respondet *Beat. Dn. Mev. in summ. Trib. Reg. decis. p. 2. D. 22. & p. 9. d. 73. in not. ibi n. 1.* Post biennium saltem vulgaris exceptionis instar habetur, & probatio opponenti incumbit *all. Gait. cap. 4. quas. 11. n. 1778.* qui hanc veriorem æquiore & receptiorem dicit, plurimos allegans *Richter. decis. 21. n. 9. Carpz. lib. 2. Resp. 91.* Atq; ita usu observari ipse dissentiens probat *Zang. d. c. 14. n. 67.* per rationem; quod lapsus biennii inducat saltem juris præsumptionem, quæ contrariam probationem admittit *per multos ibi alleg. Hieron. Scurff. Vol. 2. conf. 42. n. 5. Perez. ad C. b. t. n. 15. Strauch. dissert. 14. tb. 22. in. fin.* Fundamentum hujus sententiæ est *l. 13. C. b. t.* quam in praxin deductam, & confessum data ac tradita obligatione, sibi de non num. pec. per contrariam, creditoris putativi confessionem, prospexisse memini. Quo pacto autem negativa contra *Petr. Heig. all. loc. n. 36.* probari possit vide apud *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. q. 270. Jul. Clar. V. Sent. §. fin. quas. 52. n. 4. Mascard. concl. 11. 20. per tot. Mant. all. tit. 2. n. 39. & seqq. Schwarzenbal, Proc. jud. lib. 2. c. 5.* Illud saltem notandum adhuc

est, quod debitori negativam probare volenti non sit concessa delatio juramenti *Nov. 136. cap. 6. l. 14. §. 3. C. b. t.* nec ipsi suppletorium præstare permittatur, quamvis uno teste simulationem probaverit *Beat. Dn. Mev. all. dec. 73. n. 2. in not. add. Sbetser. de juram. lib. 4. cap. 3. n. 36.* Imò nec ad positiones illius creditor respondere necesse habeat *Zang. p. 3. c. 14. n. 69, Mascard. concl. 1120. num. 3.*

XXXII.

Circa repetitionem dotis adhuc considerandum restat, an diuturnum mariti silentium, obstet creditoribus, ut post elapsa proponendi tempora, præscriptionis exceptio ipsis ab uxore, in concursu valide objiciatur? Et verum est, quod præscriptione quidem maritus, ejusque heredes, ne dotem petant, excludi possint *all. Dn. Mev. p. 7. dec. 354. n. 2. Dom. Gait. c. 4. quas. 11. n. 1716. ii. 1753* & in finiti alii, quos recensere potius esset laboriosum quam utile. Quod autem ex taciturnitate sive negligentia mariti, uxor, vel restitutionem dotis impetrare, vel creditoribus præjudicare possit, nulla dispositum lege reperitur, quin potius juxta *l. 22. §. 5. C. de jure delib. onerosa*, qualis creditorum est causa præferenda sit, & quod in dotem datum non est, repeti nequeat *Petr. Heig. ad §. fuerat J. de Act. n. 19. pag. m. 477.* Non igitur obstat creditoribus illa præclusio, cum nemini per alterum iniqua debeat conditio inferri, insuper illud agendi creditoribus competens jus, si debitor ante concursum, negligentia sua, eorum conditionem deteriore faciat, ad effectum agendi exercibile nondum sit, & per consequens ipsis nulla præscriptio currat *Rota Rom. apud. Franc. Salg. in labyr. cred. decis. 3. n. 26.* Quibus & aliis ex rationibus testante *B. Dn. Mev. p. 9. dec. 195. à Sum. Trib. Regio Wism. pronuntiatum fuit, non reddendam esse dotem, de cujus illatione nihil proba-*

probatum, licet vel dudum tempora exceptionis non
num. dotis præterlapsa fuerint. *add. Carpz. p. 1. consl. 28.*
def. 74. Menoch. lib. 3. præf. 13. n. 15.

XXXIII.

Quod modo de præscriptione diximus locum ha-
bebit, etiamsi mariti de recepta dote confessio adsit,
quia per eam simulatio non excluditur, sed potius præ-
sumitur, ut de hinc nullum creditoribus præjudicium
generare possit, per ea quæ latius deducit ac multis ex ju-
ribus & Dd. probat sæpius all. *Gait. pag. mibi 428. n. 1760.*
Perez. ad tit. C. de dot. caut. non num. n. 4. Nec aliud di-
cendum quamvis maritus expressa anargyriæ renunti-
atione suam roboraverit confessionem, quia sine præju-
dicio tertii renuntiassè intelligitur, quod ipsum pluribus
deducit *Udalr. Zas. in §. fuerat. f. de Act. n. 26. 27. add. Card.*
Mant. de t. & a. cond. p. 1. lib. 11. tit. 20. n. 42. 43. Ubi tandem
concludit, quod post lapsa tempora ad opponendum anar-
gyriam præfixa, adhuc creditores ex generali clausula, in
integrum restitutionem petere possint, quæ restitutio fa-
tis petita intelligatur, si in actis oppositum fuerit, dotem
non fuisse numeratam, vigore illius clausulæ, petens sibi
jus & justitiam administrari, sic & quovis meliore mo-
do per *Gozad cons. 28. n. 4. & 20. & Cravett. cons. 10. Card.*
Tusch. lit. D. concl. 751. num. 1, & concl. 749. n. 13. per Covarruv.
lib. 1. c. 7. n. 6.

XXXIV.

Minimè autem creditores ad instar debitoris, de quo
supra th. 28. & 30. actum, ad probandam negativam adstricti
sunt, sed ipsa mulier si *επιπροσφύζια* beneficio ratione dotis
gaudere desiderat, hoc agere necesse habebit, ut mani-
festum faciat se dotem verè intulisse atque tradidisse *Petr.*
Vanderanus in Comment. de privel. cred. cap. 4. n. 30. sive pro

ut verba l. 9. in *pr. C. de bon. proscript.* sonant, ut se corpora-
iter tradidisse doceat. *add. Cothm. vol. 3. Resp. 21. n. 61. &*
seqq. Ubi multis decisivis rationibus, hanc sententiam
defendit. Ita quippe doti favendum non est, ut aliis in-
juria fiat *Carpz. p. 1. const. 28. def. 65. n. 13. Rota Rom. ap. Franc.*
salg. dec. 22. & 23. interminis. Consentit Richter. in tr. de jur. &
priv. cred. cap. 3. sect. 1. rubr. de Priv. mulier. n. 19. ibi:
Mulieri incumbit ut probet dotem vere illatam, quod
juxta n. 26. sola confessione mariti fieri nequit *Beust. de*
jur. conn. p. 3. rubr. 12. pag. m. 285. Carpz. d. c. 28. def. 72.
Mynsing. cent. 1. Obs. 61. n. 3. Quia talis confessio marito qui-
dem ejusq; heredibus, non autem tertio præjudicat *Gail.*
lib. 1. Obs. 81. n. 2. etiam si juramento confirmata sit Schneid. ad
S. 29. J. de Act. n. 66. Grev. lib. 2. concl. 81. in confid. miscell. n. 1.

XXXV.

Probatio autem illatæ dotis, per testes, documenta vel ali-
um legitimum modum fieri debet, si vero hæc deficient, & non
adsit, vel eluceat causa suspicandi male, aut graviter dubitandi in
persona fœminæ, nihilq; subsit quod eam jurare vetet, tunc ex il-
lius jure jurando supplementum rectè petitur, modo non invero
simile sit, illatam esse dotem, sed magis in contrarium præsumen-
dum, ut perjurium haut metuatur. Quibus ex causis in summ.
Trib. Reg. Wism. juramentum suppletorium decretum fuisse re-
fert *all. Dn. Mev. p. 9. dec. 58. Rota Rom ap. Franc. salg. decis. 24. n. 37.*
ibi. Probationes sufficientes censi debent, quæ haberi possunt,
ac judicis animum inducunt ad credendum talem esse veritatem
per ibi allegatos, prout etiam sic Lunæ, 15. Junii 1648. resolutum
testatur *add. Menoch. lib. 5. præf. 7. n. 6.*

XXXVI.

De renuntiatione, cujus variæ Dd. exstant opiniones, dicen-
dum nunc erit, an ea contra anargyriæ exceptionem valida sit?
Negativam defendentes, juxta *Carpz. p. 1. const. 32. def. 65. n. 5.* anxie
in rationes suæ sententiæ inquirunt, pro fundamento afferentes
Quod quæ fragilitate quis inducitur ad dandum chirographum,
& con-

& confitendum se mutuam recepisse pecuniam, eadem facilitate persuadeatur renuntiare huic exceptioni, ut eò facilius pecuniam ex marisupio creditoris extorqueat *Perez. ad C. b. t. n. 19. Struv. Exerc. 16. tb. 53. per l. 22. C. ad SCt. Vellej. (2)* Quod hac renuntiatione Creditori remittatur dolus futurus, ut invitetur ad delinquendum, cum ei liceat impune non numerare & sic debitorem defraudare, quod contrariatur æquitati naturali *l. 5. ff. de Pat. dot. al. l. 206. ff. de Reg. jur. Zang. de Except. lib. 3. cap. 14. n. 71.*

XXXVII.

Verum argumenta hæc firmo mihi stare talo non videntur, siquidem (1) refragatur è diametro *l. 46. ff. de Pat. ubi* expresse statutum est licere sui juris persecutionem deteriolem constituere. In super *all. l. 22. C. ad SCt. Vellej.* nihil ad rem facere videtur, quia speciale ibi reperitur fœminarum privilegium, ne earundem facilitas ipsis in dotis perniciem vergat. Ad alteram objectionem responderi potest, quod volenti & consentienti non fiat injuria. Non enim habet quod conqueratur debitor, si sponte pro se introductis renuntiet beneficiis, quia nec illud quod quis ex sua damnium sentit culpa sentire intelligitur *l. 203. ff. de Reg. jur.*

XXXVIII.


Nos igitur affirmativam tanquam veriorem amplectimur opinionem, & cum *all. Carpz. diversum* sentientes frustra disputare arbitramur. Idque propter expressum textum *in l. 4. §. 4. ff. Si quis caur.* ubi dicitur: Conventionem valere si specialiter causæ exceptionum expressæ sint. Quando igitur debitor solutionem confitetur & huic anargyriæ exceptioni ex intervallo specialiter renuntiat, utiq; indignum erit, ut illud quod sua voce vel scriptura dilucide quis protestatus est in eundem casum infringere liceat *l. 13. C. de n. n. p.* Accedit quod, cum mulieribus, quarum tamen favore propter sexus imbecillitatem *l. 2. §. 2. ff. ad SCt. Vellej. l. 12. pr. C. qui pot. in pign.* multa introducta sunt singularia, renuntiare sibi concessis jurium beneficiis expresse concedatur *l. 32. §. 4. ff. l. 21. C. ad SCt. Vellej.* illud propter majorem animi constantiam viris denegare velle plane in conveniens sit. Cui suffragatur, quod renuntiatio anargyriæ non sit de genere prohibitorum, quia nullibi lex prohibitiva, sed *in cap. 16. X. de Regular.*


lar. & transeunt. Expresse dispositum reperitur: Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint obtinent roboris firmitatem. Respicit deniq; hæc renunciatio debitorem, qui utiq; dum tertium non lædit, firmiter & cum effectu renuntiabit *D. Mer. p. 7. dec. 264. n. 1. & 2. in not. Socin. reg. 419. l. 29. C. de Pat. l. 7. §. 14. l. 46. ff. cod. Add. Covarr. Var. resol. lib. 2. c. 4. n. 3. Card. Tusch. lit. C. concl. 655. n. 7. per Bald. con. 73. lib. 5. Ang. cons. 155. n. 2. Rol. à Valle lib. 4. c. 20. n. 13. ubi infinitas citat, ac tollit. contraria. all. Tusch. lit. R. c. 170. & 171. n. 32. Menoch. lib. 1. cons. 7. n. 8. ubi in casu renunciatio- nis dotis eam firmam esse rationibus & autoritatibus evincit.*

XXXIX.

Cum autem non minus ea quæ excipimus vera esse debeant, quam ea quæ supplicamus, dispiciendum nunc erit, quid juris sit, si anargyriam objiciens convictus fuerit pecuniam accepisse? Constat sane tam jure Civili *l. 4. C. Si contra jus vel util. publ* quam Canonico *cap. 15. in fin. X. de Rescr. can. 16. caus. 25. quæst. 2.* mendacem precatorem debere non tantum penitus carere impetratis *Gail. lib. 1. Obs. 14. n. 2.* Sed etiam pœna affici. *29. ff. ad L. Corn. de fals.* Et ea propter *in Nov. 18. cap. 8.* debitori falso numerationem neganti, per creditorem autem convicto præstituitur tam privatio alias competentium exceptionum, quia solvere cogitur, quam pœna dupli, ejus scilicet summæ & quantitatis quæ in judicium deducta fuit. Adjecta autem est pœna, ut ejus timore citius dicant, quod confiteri competit, si enim continuo confessus fuerit, quod in negationem deducitur, sine periculo est, quia pœnitenti parcitur *l. 11. ff. de in jus voc. l. 3. C. de plus pee.* Tantum hac vice sufficiat, plura enim addere non licet. Tua Benevole lector humanitas gratiam mihi concedet, ut ne ob errores subinde forsan subnatos rigide nimis luam. Quod reliquum est, Deo Auxiliatori sit gloria in sempiterna secula.







& confitendum se mutuam recepisse pecuni-
te persuadeatur renuntiare huic exceptioni
nam ex marfupio creditoris extorqueat *Per
Exerc. 16. eb. 53. per l. 22. C. ad SCt. Vellej. (2)* Qu-
ne creditori remittatur dolus futurus, ut in-
dum, cum ei liceat impune non numerare
fraudare, quod contrariatur æquitati natura
l. 206. ff. de Reg. jur. Zang. de Except. lib. 3. cap.

XXXVII.

Verum argumenta hæc firmo mihi star-
liquidem (1) refragatur è diametro *l. 46. ff. de
tutum est licere sui juris persecutionem dete-
In super all. l. 22. C. ad SCt. Vellej.* nihil ad rem
speciale ibi reperitur fœminarum privilegi-
facilitas ipsis in dotis perniciem vergat. Ad al-
responderi potest, quod volenti & cons-
juria. Non enim habet quod conqueratur de
se introductis renuntiet beneficiis, quia ne-
sua damnium sentit culpa sentire intelligitur

XXXVIII.

Nos igitur affirmativam tanquam veri-
opinionem, & cum all. Carpz. diversum sent-
tare arbitramur. Idque propter expressum
Si quis caut. ubi dicitur: Conventionem
causæ exceptionum expressæ sint. Qvando
lutionem confitetur & huic anargyriæ, exce-
lo specialiter renunniat, utiq; indignum er-
voce vel scriptura dilucide quis protestatus
sum infringere liceat *l. 13. C. de n. n. p.* Acced-
lieribus, qvarum tamen favore propter sexus
*§. 2. ff. ad SCt. Vellej. l. 12. pr. C. qui pos. in pign. mu-
singularia, renuntiare sibi concessis jurium
concedatur l. 32. §. 4. ff. l. 21. C. ad SCt. Vellej.* illud
animi constantiam viris denegare velle plane
Cui suffragatur, qvoad renuntiatio anargyria
prohibitorum, qvia nullibi lex prohibitiva, sed

facilita-
is pecu-
o. Struv.
ntiatio-
nquen-
em de-
f. dotal.

lentur,
esse sta-
ituere.
ar, quia
ndem
ionem
fiat in-
te pro
uis ex
gjar.

timur
dispu-
§. 4. ff.
ialiter
tor so-
erval-
od sua
m ca-
n mu-
m l. 2.
a sunt
presse
orem
ns sit.
enere
Regu-
lar.

